

TH  
PA  
A  
T  
I  
TOM

01

13



VEITH



SCRIPTURA

SACRA



3

NOVUM


TESTAMENTUM

BT1101

V4

V. 3

007873



1080015139

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

SCRIPTURA  
SACRA  
CONTRA INCREDULOS

PROPUGNATA

AUCTORE

LAURENTIO VEITH S. I.

SS. THEOLOGIAE DOCTORE  
EIUDEMQUE OLIM IN LYCAEO CATHOLICO AUGUSTANO  
PROFESSORE PUBLICO ET ORDINARIO



VOLUMEN III.

NOVUM TESTAMENTUM

*Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria*

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN  
Biblioteca Valverde y Tellez

TAURINI 1867

EX TYPIS HYACINTHI MARIETTI  
TYPOGRAPHI-BIBLIOPOLAE

44583

V.  
239.  
8

BT 1101  
V4  
V3



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

# NOVUM TESTAMENTUM

## PARS I.

### QUATUOR EVANGELIA

*Non sciunt illi nulla intelligentia praediti, quod unicuique evangelistae curae fuit, ut consone loqueretur, quae ab aliis fuerunt dicta. Imo ut ab aliis relicta, sic revelaret. Non enim erat ipsorum voluntas, sed ex Spiritu sancto doctrina ac consequentia.*

S. EPIPH., l. 2, cont. haereses, haer. 51.

## SECTIO I.

### PRAENOTIONES DE IV. IESU CHRISTI EVANGELIIS

Explicari satis non potest, quanto furore ac impietate increduli nostrae aetatis (quamvis inter christianos nati et educati) in sancta Iesu Christi evangelia et evangelistas debacchentur. Execranda illorum scripta cl. Nonnotte (1) succincte enumerat, addens sequentia verba, quae ex gallico idiomate in latinum translata, ita habent: « In his (incredulorum) operibus abominanda leguntur, quae non nisi orcus inspirare potuit. Persona Iesu Christi divini legislatoris ibi magis vilipenditur, quam abiectissimus quisque de faece plebis homuncio. Praecepta sanctitatis omni reverentia dignissima despiciantur. Primi christianae religionis praecones, tanquam nullius rationis homines ad omne evagationum genus proiecti depinguntur. Sanctissima mysteria

non risu solum, sed impiissimis a deo cachinnis excipiuntur: quidquid mendaciorum fraudumque potest excogitari, id omne in illis lucubrationibus ab incredulis congeritur, ut absurdissimam evangelii historiam, et nonnisi ignorantiae imprudentiaeve partum esse, confingant: et quod labem aetati nostrae non mediocrem inurit, libri eiusmodi flammis dignissimi nimiam et lectorum et patronorum multitudinem hodie reppererunt. » Hucusque laudatus auctor. Quare ut confutandis incredulorum contra Christum, et sancta quatuor evangelia blasphemis planiorem viam sternam, iuvat quasdam de iisdem evangelii praenotiones praemittere, per eruditas aliquot quaestiones biblicas distincte dilucidandas.

I. QUAERES I. *Quid EVANGELIUM secundum etymologiam suam significet: et quid secundum rem consi-*

(1) In suo Diction. philos. de la religion. art. Ev. gél.

VEITH, *Norum Test.*

1  
007373